



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Ordo Eqvitvm S. Michaelis apud Gallos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

Comes Fundorum, Ferdinandus Gueuara Comes Belcastri, Alphonsus Gueuara Comes Archarum, Marinus Cacazolus Comes Sancti Angelis, Jacobus Caraczolus Comes Burgentia Virginius Ursinus, & Ioannes Jordanus filius eius, Robertus Ursinus Tagliacotij, & Alba Comes, Diomedes Carrasa Comes Magdoni, Scipio Pardonius Comes Venafri, Andreas de Capua Alteville Comitis filius, Matthaeus de Capua Palena Comes, Antonius Carrasa Motisdragonis dominus, Galeatus Caraczolus Vici dominus, Domitius Caraczolus Ruodi dominus, & Calabrie Gubernator, Galeoteus Carrasa Tirioli dominus, & Regis consanguines, Gueuara de Gueuara Arpaia dominus & Vallis Beneventana Gubernator, Loysius de Aquino Castellioni dominus, Albericus Carrasa & Jacobus Carrasa de Spino Castriueteris dominus. Apud eundem Paccam habetur mentio de Societate Argatæ & Leonzæ (ut eius verbis utar) quia autem Societates ipsæ neque Regum Institutores habuere, neque verè Equitum Ordines sunt, sed quædam potius Confraternitates, ideo eas omitto.

ORDO E Q V I T U M S. M I C H A E L I S
apud Gallos.



Praeclarum illum morem, ut proceres torque aureo insigniretur à Romanis ad Francos traduxit Ludouicus XI. cum, ut ait Gaguinus, Kalend. Augusti, Anno 1469. ordinem D. Michaelis Ambasie institueret, non usq; iterū statutis Anno 1476. pessimum augeret symboli loco, tuos insigniens torque aureo, cochleis (quæ Romanis

Senatoribus turgentibus in lacertis prominebant) inter te haerentibus, & D. Michaelis cacodæmonem ex celo deturbantis imagine appensa; additoq; emblemate immensi tremor Oceani. Pronocatus utique exemplo patris ut i. Caroli VH. cui pro insigni bellico, huius Archangeli fuit effigies, cum primitias potissimum inaugurationis

ce le-

Symbolum
ordinis Mi-
chaelis.
B. Corine,
150,7.c.47.

celebraret Rothomagi. Sumptum id, adeoq; sanctum in singulos Reges ab illustri, ut aiunt, miraculo, seu præsentia D. Michaelis in prælio ad pontem Aurelianensem, hostes Anglos, vrbēq; à dīra oppugnatione arcentis, ac propulsantis. Hisce insignibus Militibus comprobationem virtutis, cōcordiæ, fæderisque perpetui pignus, item & coronam præclare aëtorum cōmuni- nemque inter Equites fortunaruæ aestimationem contineri, interpretatur Claudius Paradinus in symbolis Heroicis. Initio verò fuit cohors quædam triginta sex regni procerum, inculpatorum equitum, dicta à D. Michaelie, societatis præside: quibus Rex ipse primas adnumerari voluit, eodēque quo ordinem inchoauit momen- to, solemni lustratione XV. Heroas, quos ob honorem, & nomenclaturæ prærogatiuam silentio præterire fas non est, in eundem adiungit. Primi itaque fuere Carolus & Ioannes: hic Borbonij, ille Aquitaniæ Dux, Ludouicus Luxemburgus Comes Fani Pauli, magister Equitum; Andreas Lavalius Tribunus Equitum; Ioannes Sanserranus Comes; Ludouicus Bellemontanus Foresti & Plessij dominus; Ludouicus Tostivillanus Torrij dominus, Ludouicus Lavalius Chastillonæ dominus, Ludouicus Borbonius nothus, Comes Rossillanus maris præfetus, Antonius Cabaren, D'armartini Comes archieconomus; Ioannes Armeniacus nothus Comingensis Comes, mil' cum tribunus; Georgius Trimoleus, Gilbertus Chabanaus, Carolus Crusolius Pictonum iuriidicus, Taneguinus à Castello præfetus Russinonensis: reliqui sodalium suffragijs electi. Qui potrò huic sodalitio nomina dāt, in verba Principis adiunguntur, eoque neminem moueri constat, nisi hæresēs aut proditionis reum peractum, aut signorum deser- torem. Quando verò agebatur de aliquo in demortui locum eligendo, non suffragijs sed tabulis (Balotas Veneti vocant) à verbo Græco Ballæn) elec- tio fiebat. Quæ obsignatæ in pelvum coniijciebantur, quibus à Cancellario

numeratis, qui plures tulisset, in col- legio cooptabatur, hac verborum for- mula a Principe prolatâ: Te odo Fra- tri (ita enim vicissim se appellare solent Equites) & sodalis loco habet, et a ratione te torque hoc donat, faxit Deus eum diutius gestes. Uenide in perpetui amoris testimonium, singulos exoscu- latur, ijsque mos fuit, in collegium So- dales adlegendi. Est & suus huic Ordini Cancellarius Thesaurarius ut vo- cant, cauceator, seu socialis, cui à Di- uo Michaeli nomen est, & scriba qui equitum præclare gesta litteris, & me moriae perpetuae mandaret. Eo nu- mero legimus exauthoratum Ludouicum Luxenburgum, vnum ex illis maiorum gentium torquatis Equiti- bus, de quo conchyliato honore ab- rogato, publice in Grauia Lutetia sumptuosa supplicium. Moris enim Regibus, munus hoc etiam in exte- nos Principes conferre, in honoris & benevolentiae indicium: qui si eorum hæstes velint se profiteri, per interna- tios torquem remittunt, ut omni sa- cramenti religione soluti, alteri Prin- cipi strenuam operam nai- ent. Quod sepe hisce nostris temporibus conti- git. Et anno 1559. Philippus Hispaniarum Rex Gandaui Equitum aurei velleris concilium celebrans, ordinis torque Octauio Parmensium Duci, quem ille accepto à Rege Gallorum conchyliati ordinis insigni, superiorum bellorum tempore abiecerat, re- stituit. Huius ordinis statuta & leges ex magno constitutionum volume regni Francorum, ut refert Ioannes Tilius lib. 2. de Rebus Gallicis man- data sunt typis, & vulgari lingua, passim circumferuntur à Francisco Sansouino, & alijs de quibus consule Petrum Matthæum, & Franciscum Modium, qui comitia ordinis, & ce- remoniarum solemnia ab Henrico II.

Anno 1548. celebrata perquam copiose persequitur in Pan- dectis triumphalibus tom. 1. lib. 2.

ORDO